

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Richardi Arsdekin Soc. Iesu S. Theol. Professoris
Theologia Tripartita Sive Resolutiones Polemicæ,
Speculativæ, Practicæ, Controversiarum, & Quæstionum,
etiam recentissimarum, quæ in Schola, & ...**

Missionarijs, & alijs animarum Curatoribus, & Theol. studiosis solerter
accommodatæ ...

Complectens copiosè Resolutiones Theologicas, etiam modernas, ad
proxim accommodatas

Archdekin, Richard

Antverpiæ, 1682

Summula Casuum aliquorum à quibus etiam Privilegiati absolvere
nequeunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40873

§. 8. Summula Casuum aliquorum à quibus etiam
Privilegiati absoluere nequeunt.

Cum sit admodum difficile retinere omnes Casus Pontifici reservatos & discernere concessos à non concessis: hic conor brevi compendio colligere Casus per privilegia ordinaria non concessos, qui longè pauciores sunt, ideoque multò facilius memoria retineri possunt, ne in illos impingatur.

Privilegiatus etiam approbatus non potest absolvare à mortalibus subditos aliorum Ordinum, nec eorum Apostataras nec Moniales illis Ordinibus subjectas sine licentia legitimi Superioris cui subsunt.

Neque potest absolvare, & dispensare in Censuris & Irregularitatibus quae continentur in Constit. Sixti V. de promoventibus, & Semoniacè promotis ad Ordinem sacrum.

Neque Hæreticos illos absolvare qui post hæresim sémel publicè abjurataim, rursus in eam relapsi sunt; neque qui sunt hæretici notorii, & pro talibus communiter habiti.

Neque concedere usum Librorum prohibitorum qui ad stabilienda dogmata hæreticorum editi sunt: nec alias prohibitos, nisi forte suis ex privilegio particulari.

Neque dispensare, aut commutare vota quæ dicuntur ultramarina, aut ad limina Apostolorum in urbe, aut ad S. Jacobum in Compostella, neque Religionis, aut castitatis perpetuae. Neque alia vota quorum commutatio cedit in præjudicium tertii.

Qui privilegium sive facultatem accipit ab Episcopo circa Casus ipsi reservatos, per hoc non intelli-

254 Pars 3. tr. 2. cap. 5. Particulat̄es Opinariæ.
intelligitur illi concessa facultas circa Casus
Pontificios in quibus Episcopi absoluunt per ac-
cidens ratione necessitatis, & difficultatis re-
currendi ad Sedem Apostolicam.

Non possunt Privilegiati concedere sacerdo-
tibus in jejunio v. g. in quadragesima, usum
carnium, ovorum, aut lacticiniorum: de pri-
vilegiis particularibus Missionum hic non ago.

Quando habent illi privilegium rehabilitan-
di in irregularitatibus, non intelligitur ea que
incurritur per homicidium, bigamiam, muti-
lationem, & defectum natalium, aut, ut dixi,
ratione Ordinum Simoniacè collatorum, aut
susceptorum.

Nequeunt absoluere nominatum excommu-
nicatum; aut notorium percussorem Clerici;
aut alia reservata, quæ adducta sunt ad forum
contentiosum.

Absolutio Privilegiati non est pro foro exter-
no, sed tantum pro foro conscientiæ: nec ab-
solutis illa proderit ut eximantur siquando in
foro externo accusandi aut puniendi sunt, de-
quo etiam absoluente illos monere convenit.
Denique in his omnibus non agimus de privi-
legiis particularibus, aut extraordinariis quæ Pon-
tifex; aut ad hoc legitimus Superior aliquibus
personis concedere, aut adimere potest pro suo
beneplacito. Hæc saltē sub unum aspectum
studiosè exposita multū meminisse juvabit,
quamvis difficile sit singula sat distinctè expri-
mere, quænam insuper alia sint à quibus absolu-
vere non possint singuli ex suis privilegiis facile
cognoscere.

§. 9. Casu